



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

40. De Mala Et Sacco.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

Magistri, vel post eum Procuratoris res se habeat.

37. DE FRENIS ET CALCARIBVS.

Nolumus, ut omnino aurum vel argentum, quæ sunt diuitiæ peculiares, in frenis & pectoralibus, nec calcaribus, vel in streuis vnquam appareant, nec alicui fratri remanenti emere liceat. Si verò charitatiue talia vetera instrumenta data fuerint, aurum vel argentū taliter coloretur, ne splendidus color vel decor cæteris arrogantia videatur. Si noua data fuerint, Magister de talibus quod voluerit faciat.

38. TEGIMENT IN HASTIS ET CLYPEIS non habeatur.

Tegimen autem in clipeis & hastis, & surellis in lanceis non habeatur, quia hoc non proficuum, imò damnum nobis omnibus intelligitur.

39. DE LICENTIA MAGISTRI.

Licet Magistro cuiquam dare equos vel arma, vel quamlibet rem cuilibet dare.

40. DE MALA ET SACCO.

Sacculus & mala cum firmatura non conceduntur: sic exponentur, ne habeant absque Magistri licētia, vel cui creduntur dominus post eum negotia. in hoc præsenti capitulo Procuratores & per diuersas prouincias

ciās degentes non continentur , nec ipse Ma-
gister intelligitur.

DE LEGATIONE LITTERUM.

Nullatenus cuiquam fratrum liceat à pa-
rentibus suis , neque à quoquam hominum,
nec sibi inuicem accipere vel dare sine iussu
Magistri vel Procuratoris. Postquam licen-
tiām frater habuerit, in præsentia Magistri,
si ei placet, legantur. Si verò & à parentibus
ei quidquam directum fuerit, non præsumat
fuscipere illud , nisi prius indicatum fuerit
Magistro. In hoc autem capitulo Magister &
domus Procuratores non continentur.

DE FABULATIONE PROPRIA-

42.

rum culparum.

Cūm omne verbum otiosum generare
agnoscatur peccatum , quid ipsi iactantes de
proprijs culpis ante districtum iudicem di-
cturi sunt ? Ostendit certè Propheta; Si à bo-
nis eloquijs propter taciturnitatem debet in-
terdum taceri ; quanto magis à malis verbis
propter pœnam peccati debet cessari . Vita-
mus igitur & audacter contradicimus, ne ali-
quis frater remanens, vt melius dicam, stul-
titias, quas in seculo, in militari negotio, tam
enormiter egit , & carnis delectationes mi-
serrimarum mulierū cum fratre suo, vel alio
aliquo, vel de alio commemorare audeat: &

E

si forte